

re aetam vitam & res fortissime gestas si re-
spicimus, de priscis Romanis aliquem bello
togaque clarissimum videmur intueri. Sic
enim res nostra aetate fere dissociabiles, armo-
rum ac litterarum studium, illorum exemplo
coniunxerat, ut non tantum summus Dux mi-
litiæ, sed Orator etiam disertissimus, pruden-
tissimusque rei publicæ administrator fieret:
cui extremus actus in obsidione Budensi fuit,
vbi triduo ante, quam vrbis regia caperetur,
Comoræ, ad Danubium munimento, fatali-
ter exstinctus est, nostrumque DEFVNCTVM
vix trimulum reliquit, vtpote CICIOCLXXXIII
mense Augusto editum. Mater superstes, &
luctu iam tantum non examinata, est itidem
illustris Matrona EVA CATHARINA GÖR-
NIA, viro summe reuerendo, generosissimo-
que, GEORGIO CHRISTOPHORO DE GÖR-
NE, Decano Cathedralis Ecclesiæ Branden-
burgensis, & equestris Ordinis per Marchiam
Directore, nata, nunc, postquam eluxerat,
cum perillustri viro CAROLO GOTHOFREDO
BOSE, potentissimi Regis Poloniarum & Ele-
ctoris Saxoniæ, cetera, Consiliario Intimo,
Equite Ordinis Ioannitarum, & Circuli Mis-
nensis Gubernatore, matrimonio coniuncta.
Satis diximus de antiqua DEFVNCTI nobili-
tate, vtroque Parente nominatim laudato, et-

A 2

iam-